



**Miracula Quæ Ad Invocationem Beatiss. Virginis Mariae,
Apvd Tvngros, Camberones, Et Servios In Hannonia; ac
Dominam Gaudiorum in Picardia vulgò Nostre Dame de
Liesse dictam effulsere**

Caout, Walrand

Coloniae Agrippinae, 1607

Adolescens quidam extra patriam peregrinus & longa infirmitate
oppressus admirando miraculo liberatur B. virginis subsidio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59700](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59700)

ronensi deuouit peregrinam, seseque ad iter,
manibus pedibusque reptando, accinxit: Vbi
vero ad aediculam non sine maximis itineris
angustijs & molestijs appulit, tota sana pos-
tea, dextera Dei mira operante, redijt ad pro-
pria.

*ADOLESCENS QUIDAM EXTRA
patriam peregrinus & longa infirmitate op-
pressus admirando miraculo libe-
ratur B. virginis sub-
sidio.*

CAPVT XLV.

Adolescens quidam e Camberonia ca-
stro, cui nomen Nicolaus Brabantius
vera pietate permotus compleuit peregrina-
tionem ad S. Iacobum in Compostella, tri-
bus eiusdem pagi comitatus peregrinis. In eo-
rum autem reditu, dicto Nicolao forte fortui-
to in profundas aquas prolabante, tandem ip-
se in Pictonum vrbe compulsus est decum-
bere, idque in sanctorum Iacobi & Anthonij
nosodochio: vbi ex socijs suis vnus ei admo-
dum diu charitatis opera per piū mobsequium
exhibuit. Die quadam sese in diui Gregorij
cœmeterium nosodochio contiguū simul
traustulerunt, ibique inter alia crucem quan-
dam cum imagine B. Virginis superius col-
locata comperentes, adolescens hisce sermo-
nibus

nibus Nicolaum compellauit: Amice miserrime, nunc temporis octaua processions Camberonæ festiue celebratur: cor, igitur & animum tuum pie ad B. Virginem dirigas velim, cuius memoria eo loci dignissime recolitur, eamque pijs animæ votis & precibus exoramus, ut dignetur nobis hanc gratiam donare, ut salui sanique ad eam reuicere possimus, ut simul peregrinationis votum explete valeamus, quod in annos singulos promissimus: Nam ambo sacræ suæ ædiculæ peregrinos nos esse profitemur. Ad quæ verba Nicolaus suppliciter pronus in genua ruit, oculos mente inque ad crucem & Beatæ Virginis imaginem conuertens, simulque hæc preces ex cordis medullis pijsimè fundens; **O** beatissima Virgo & Domina Camberonensis, quæ omnibus opitulari soles, qui à te piam opem pie exposcunt, da mihi, obsecro, si placet, corporis integram sanitatem, simulque vires & facultatem Camberonam redeundi, tuam imaginem cum sacræ tuæ ædiculæ pie inuisendi gratia: hoc vnum à te quam possum deuotissimè peto. Hisce ita transactis, nos odichium repetere, & Nicolaus nocte subsequenti tam suauis quiete potitus est, ut mirabile dictu, à somno euigilans, hisce vocibus Iuonem itineris sui fidelissimum comitem interpellarit, dicēs: Sarcinas tuas collige, **v**elle nunc valeo ut patriam repetam, laus & gloria

gloria sit glorioſæ Virgini Mariæ Camberonenſi. Interea vnum aut alterum diem adhuc ibidem commorati ſunt, & poſtea ad ſacram ædiculam rediere, vt animo minimè ingrato benediſtæ Virgini ingentes referret gratias, quæ Nicolaum tam cito miſericorditer viſitauerat, eum perfectæ ſanitati reſtituendo.

PVELLA IN EXTREMIS CONSTI-

tuta ſubiò cibos petit, vbi eam parentes B.

virgini commendarunt.

CAPVT XLVI.

Petri Grattij filia Lenſenſis per dies octiduum tam grauitè decubuit, vt omni momento nihil niſi præſentem mortem minitaretur. Et, quod plus eſt, diebus octo elapſis, eò deuenit miſeriarum, vt atramenti ſpeciem præ ſe tulerit. Ex hac alteratione tam deformi colligens mater præſentem imminere mortem, cubiculum egreditur, dicens ſe illi adeſſe nolle dum ſpiritum emitteret. Nihilominus tamè pater & mater ea ipſa hora eandem B. Virgini Camberonenſi deuouerunt, & dictoſignius filia cibos petijt, & ſana facta eſt.

K 4 PVEL-